



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Accidiam dissuadent nobis nouem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

nit, tanto plus peccat, & quanto est uita longior, tanto culpa est maior. Cur ergo uitam istam tandiu desideramus, in qua quanto plus uiuimus, tanto plus peccamus.

Quartum est, quia quanto plus expectabuntur, tanto plus cruciabuntur, ideo Deus ut conuertamur diu tolerat, quia si non conuertimur durius postea damnat.

*Accidiam dissuadent
nobis nouem.*

Primum est natura. Homo (ut dicit beatus Iob) naturaliter factus est, & nascitur ad laborandum. de hoc dictum est satis supra, q̄ positi sumus in hoc mundo non ad ociositatem, sed ad laborandum. Secundum est Scriptura. Ante obitū tuū (ait Ecclesiasticus) operare iustitiam, quia nō est apud inferos inuenire cibum. Ecclesiasticus et̄ dicit. Quicquid potest manus tua, instanter operare. Et Paulus quoque ait: Bonum autem facientes non deficiamus &c. Tertium est, omnis creatura, quæ deum operis sui bonitate collaudat. Sed primo sumamus exemplum ab his;

Iob. 5.

Ecc. 14

Eccle 9

Gal. 6

CHRISTIANA

quæ sunt in cælis, uide solem, lunam, & stellas, instanter seruiunt ei. Sol nunquam præterit præceptum sibi factum, quantum labores in uno die, quam tempestiue surgat in alio, cum tamen non expectet talem remunerationem sui laboris, uel talem pœnam suæ negligentiae, qualem homo. Vnde D.

Hieron.

Hieronymus dicebat. Vides cælum, uides solem, uides lunam, uides stellas? hæc ædificant te; debet igitur cogitare & dicere; Si sol, & luna, & stellæ, & cælum deo seruiunt, quare ergo non seruias? Secundo ab eis quæ ex terra nascuntur, ut herbæ, & arbores, quæ habent tot aduersantia sibi, ut hiemem, & aliam intemperiem aeris, & singulis annis auferuntur eis labores sui, & tamen opportunitate inuenta operandi, operantur. Non debet igitur pigritari homo, nec diffidere, etiam si aliquê defectum bonorum in se uideat, uel si aliqua sibi resistent. Vnde dicebat D. Hieron.

Hieron.

Hieronymus; Omnia seruiunt ei, cælum seruit, terra seruit, & infelix ego homo non seruius. cuncta enim suis institutis seruiunt, solum homo deo non seruit. Tertio exemplo utitur Salomon, pigros ad formicam

INSTITVTIO. 7

micam dirigentes, cum dicit in pro
 uerbis. Vade ad formicam piger, **Prov. 6,**
 & discite sapientiam, quæ cum non
 habeat &c. In quibus uerbis qua-
 tuor possunt notari. Primo paruitas
 formicæ, quam Salomon proponit
 homini quasi magistræ: nec pude-
 re debet homo ab exiguis animalibus
 trahere mores, quin potius con-
 fundi habet, quod à tam paruo anima-
 li tantum potest haurire scientiam.
 Secundo, attendendum est, quod dicit
 considera uias eius, & non uiam,
 pluries enim discurrunt in die ad
 querendum cibum. unde possunt
 erubescere qui semel in septima
 grauantur ire ad ecclesiam. Tertio
 quia formica non in opere suo du-
 cem cuius exemplum sequatur, nec
 præceptorem cuius uerbo ad hoc
 doceatur, nec principem à quo pu-
 niatur eius negligentia, homo tum
 omnia ista habet. Quarto quod adeo
 se onerat, ut quandoque minor ui-
 deatur suo onere. dicebat doctor
 quidam; Respice formicam, uide
 corpus, & inquire sapientiam. For-
 micæ cogitant hiemem esse uentu-
 ram, & christianus non cogitat iu-
 dicium esse uenturum. Illæ cogi-
 tant, quantum à fame periclitari
 possent, si non laborauerint in est

CHRISTIANA

te, unde uiuant in hieme; & nos non cogitamus quia si non fecerimus hic bona opera, torquebimur in gehenna. Quartum habemus ab amatoribus mundi. Si enim respicimus quot, & quantis cruciatibus, & laboribus homo homini seruit pro temporali lucro, satis poterimus confundi, q̄ adeò pigri, & inertes sumus pro regno æterno laborare. ò utinam ita seruirent homines pro deo, pro cælorum regno, sicut hominibus pro beneficio terreno, seruiunt. Si respicimus quot, & quântis cruciatibus, & laboribus lucrum acquirat temporale, uincat inimicū, placeat mundo, satis poterimus confundi, q̄ adeò lenti segnes, & insipientes sumus, ut uitâ æternâ acquiramus. Vn

Luc. 16 de penes Lucam dicitur. Filij huius sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Cum in tēpore passionis Christi apostoli dormirēt, Iudas ad interritū æternū sollicitus erat. Quàm igitur pudendum ac dolendum est? quia diu delectat labor ut fera capiatur, ut pila iaciatur, ut fœculus impleatur, attamen ut deus acquiratur nequaquā delectat. Quintū est exēplum Christi, & sanctorū

Heb. 12 omniū. Vnde dicebat Paulus. Reco-

INSTITVTIO. 8

gitate eū, qui talem sustinuit pœnā,
 Petrus etiam dicebat . Christus pas-
 sus est pro nobis, uobis relinquens
 exemplū ut sequamini uestigia eius.
 Quid itaq; homo pro se pati dicitur,
 si Deus pro hominibus tanta
 pertulit? Vnde Augustinus dicit .
 Si unicum sine peccato flagellauit,
 & pro uobis, & pro nobis omnibus
 tradidit eum, quomodo debemus
 nos flagellari, qui fecimus quare
 flagellemur? Sextum, exemplum
 sanctorum; unde Iacobus ultimo
 dicit. Exemplum accipite fratres,
 exitus mali, prophetas, qui locuti
 sunt in nomine Domini. debemus
 imitari bonos, & emulare sanctos, &
 habere ante oculos exempla sancto-
 rum. Septimum est necessitas ope-
 randi. Non coronabitur quis nisi
 legitimè certauerit. Difficile nanq;
 imò impossibile est, ut præsens, &
 futuris quis fruatur bonis, ut de
 delicijs transeat ad delicias, & ut in
 celo & in terra appareat gloriosus.
 Si uolumus itaq; coronari, opus est
 ut operemur. Octauum est, quia
 hoc uitium accidiæ summopere deo
 displicet. Vnde in Apocalipsi dice-
 bat. Utinam esses frigidus aut cali-
 dus, sed quia tepidus, ideo inci-
 piam te euomere ex ore meo; id est

1. Pet. 2

Auguf.

Iacob
ultimo,

Apoc. 3

CHRISTIANA

de consortio sanctorum mouere.

Dicitur enim q̄ maior spes est de frigidis, quam de tepidis. Sola namque tepiditas est, quæ solet deo nimitum prouocare. in cuius figura dicitur de ficulnea. Succide eam ne

Luc. 13. quid terram occupat? Item. Om-

Mat. 3. nis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Nonum, quia diabolo placet

Iob. 40. accidia. Vnde Iob. ait. In lecto calami dormit. Calamus qui est in uacuo, significat hominem uacuum, ociosum, ac uacantem, in quo diabolus quiescit, ac dormit. Cuius natura est, assidua temptatione temptare, ut saltem hominem tedio uincat; sicut est uidere in uerbis Do-

Mat. 12. mini dicentis. Cum spiritus immundus exierit ab homine ambulans per loca arida & inaquosa quærens requiem, & non inuenit, tunc dicit, reuertar in domum me-

Mat. 8. am unde exiui &c. Dicebant etiam spiritus immundi ad Christum illum expellentem; Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Porci. n. sunt, qui nil faciunt, nisi q̄ uoluptati corporis deseruiunt. Vnde

Grego. Gregorius dicebat. Nisi quis more porcorum uixerit, Diabolus eius potestatem non accipit.

Accipit